յԸծածին: յ eſt Præpoſitio in: ipſum verò Ըծածին eſt nomen combinatum cum Participio apocopato, unde apocopata Participia compoſitionem ingredientia (ſingularem) quidem orationi afferunt elegantiam, ſuavitatemque, ſed cum modò activam ſignificationem habeant à participio præſentis activi, modò paſsivam à Participio præteriti paſsivi, quin et non rarò ſubſtantivè ſumantur, difficultates ſæpè pariunt maximas.

Կոյսն. Eſt nomen ſubſtantivum Nonæ declinationis regularium cum affixo demonſtrativo ն ſive Virginem illam.

Մարիամ: Eſt Nomen dulciſsimæ, glorioſiſsimæque Virginis Dei genitricis MARIÆ.